

# **Chartes et documents de Saint-Bénigne de Dijon. Prieurés et dépendances des origines à 1300. Tome premier., 143**

Lanterio abbate hoc monasterium regente, venit ad conversionem quidam honorabilis homo, nomine Berengerius, qui dedit de rebus suis in villa Longo prato dicta mansum indominicatum I, cum fonte in eo nascente, et molendino juxta posito, et ecclesiam dimidiam, que est in Missiniaco, et vineis aliisque mansis ad ipsum mansum aspicientibus, qui sunt vestiti VII, absi XIII, mancipia utriusque sexus numero quinquaginta; dedit et in pago Belnensi villa Sentennaco colonicam I.